



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

VII. Episcopus Thessalonicensis, etiam antè quàm esset Vicarius Romani Pontificis, ordinabat Metropolitanos Illyricianos secundùm veterem Ecclesiæ suæ consuetudinem. Thessalonica vocatur à Theodoreto ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15617**

lius illum momenti esse ad asserendam Theſſalonicenſis Epifcopi dignitatem, is certè cedat oportet auctoritati Concilij Sardicenſis: quod cum fuerit celebratum anno CCCXLVII. diù ante initia vicariatus, ſi quid eximium in Theſſalonicenſi Epifcopo agnovit, dedit documentum poſteris ut non contradicerent. *Ætius ergo Theſſalonicenſis Epifcopus vidēs ſe prægravari nimia Preſbyterorum & Diaconorum extraneorum mora apud Theſſalonicam, quò conſluebant velut ad metropolim plurium provinciarum, modum huic rei poni poſtulavit à patribus Sardicenſibus, his verbis uſus quæ apertè ſignificant quanta tum in ordine eccleſiaſtico eſſet urbis Theſſalonicenſis dignitas. Non ignoratis, inquit, quanta & qualis ſit Theſſalonicenſium civitas. Sæpe ad eam veniunt ex alijs regionibus Preſbyteri & Diaconi: & non contenti brevi tempore morari, & aut reſident ibi, & aut certè vix poſt longa ſpatia à ſua redire coguntur.*

V I. Dignitas Epifcoporum Theſſalonicenſium probatur alio illuſtri exemplo ejuſdem omnino temporis. Moris tum erat apud Eccleſiam, ut cum quis Epifcopus pulſabatur de crimine, illuſtriſſimarum Eccleſiarum Epifcopos ſibi faventes habere ſtuderet, ut vel ex eo innocentiam ſuam ceteris Eccleſiis probaret. Hilarius enim Pictavorum Epifcopus validum hinc telum adverſus hoſtes Athanaſij Epifcopi Alexandrini ſumit, quòd ei communio reddita fuerit ab Oſio Epifcopo Cordubenſi, Maximino Trevirenſi, & Julio Romano. *Sed ignoraffe vos negabitis, inquit, Athanaſio, cujus damnationem à vobis Valens, Vryſcius, Saturninus exigunt, ab Oſio, Maximino, Julio redditam communionem.* E diverſo Sulpitius Severus hinc quoque Prifcillianum ejuſque ſocios in culpa fuiſſe ait, quòd Damafum Epifcopum Romanum & Ambroſium Mediolanenſem, quorum ea tempeſtate ſumma auctoritas erat, ſibi adverſantes habuerint. Itaque Athanaſius, dum illuſtrium ac magnæ auctoritatis Epifcoporum teſtimonia adducit ad cauſam & innocentiam ſuam deſenſionem, Alexandri Theſſalonicenſis Epifcopi, illius qui ſynodo Nicænæ interſuit, ſcriptas in cauſa cædis Arſenij literas adfert, proteſtatur ſibi inſtar omnium eſſe unum Alexandri teſtimonium, utpote Epifcopi illuſtriſſimæ Eccleſiæ, qui plurium provinciarum Metropolitanus erat, adeoque ſummæ per univerſam Eccleſiam auctoritatis. Hæc ſunt ejus verba: *Quòd autem me de cæde Arſenij accuſarint, ne multorum ſcriptis ad eam rem probandam utar, ſufficit ſi unum duntaxat Alexandri Theſſalonicenſis Epifcopi epiſtola, unde & ceterorum exiſtimites, appoſuero.*

V II. Tot argumentis, ut ego quidem

arbitror, victus illuſtriſſimus iſtius operis auctor non dubitavit aſſerere jus illud antiquitus competitivè Epifcopo Theſſalonicenſi ut Metropolitanos ſuæ Diœceſeos aut ipſe ordinaret, aut ab Epifcopis provincialibus ordinari juberet, juſque illud ad ipſum ſpectaſſe ſecundum veterem Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem, non verò ratione vicariatus ſibi ab apoſtolica ſede conceſſi in his regionibus. Vicariatu enim illo non tam novam auctoritatem tributam fuiſſe Theſſalonicenſi Eccleſiæ quàm cumulationem juris. Sanè Theodoretus de Theſſalonica loquens, eam vocat caput Macedoniæ, Theſſaliæ, & Achaïæ, tum aliarum complurium provinciarum quæ reguntur à Præfecto prætorio Illyrici, uti obſervatum eſt in capite ſuperiori. Quod ne quis referat ad vicariatum Romanæ ſedis prohibet Theodoretus, qui de civili tantum adminiſtratione heic agit. Vnde colligi etiam poteſt Theſſalonicenſis Epifcopi prærogativa.

V III. Amplitudo illa & dignitas urbis & Eccleſiæ Theſſalonicenſis maximam apud omnes ubique gentes auctoritatem per ea tempora conciliabat Epifcopis Theſſalonicenſibus, præſertim quoties illi contingebant Epifcopi qui ſedem per ſe ſatis claram virtutibus ſuis efficiebant illuſtriorẽ. Poſt Alexandrum itaque, Eremium, cujus mentio extat apud Athanaſium in prima apologia, & Ætium, eam ſedem tenuit Acholius, vir laudatiſſimus, & cujus encomium non uno loco enarravit ſanctus Ambroſius Epifcopus Mediolanenſis, cujuſque laudes celebrat ſanctus Baſilius ad illum ſcribens. Huic ergo Acholio tantus habitus eſt honor à patribus ſecundæ ſynodi œcumenicæ, quæ apud Conſtantinopolim habita eſt anno CCCLXXXI. juſſu Theodoſij Auguſti, ut cum agendum in ea eſſet de re graviffima, nimirum de ordinatione Eccleſiæ Conſtantinopolitana, eum ex occidentalibus partibus evocandum putarent, & non antè cauſæ cognitionem ſuſciperent quàm Acholius adeſſet. Hujus rei probationem debemus epiſtolæ Concilij Italiæ ad Theodoſium, quam vir clariff. Iacobus Sirmondus edidit in Appendice Codicis Theodoſiani. *Neque enim indignum videtur, Auguſte, inquit Epifcopi, ut Romanæ Eccleſiæ auiſſitis finitimorumque & Italarum Epifcoporum debeant ſubire tractatum, qui unius Acholij Epifcopi ita expectandum eſſe putaverunt judicium ut de occidentalibus partibus Conſtantinopolim evocandum putarent.* Itaque cum veniſſet Acholius, ita adverſus Maximum ſtatuit ſancta ſynodus in tertio canone: *De Maximo Cynico, & ejus inordinata conſtitutione, quæ Conſtantinopoli facta eſt,*

G iij

Vide infra lib. 4. cap. 1. §. 22.

Marca in lib. de Primat. §. 46.

Conſ. Sardic. c. 11.

lib. in fragm. p. 11.

lib. in fragm. p. 11.

S. Ambroſ. lib. 1. epiſt. 20. 21.

S. Baſil. epiſt. 117. & ſeqq.

Appendix Cod. Theodoſi. pag. 147.

Acholaus in epiſt. ad Auguſtum lib. 4. p. 4.

lib. 4. p. 1.